



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XXXII. De his qui capiunt bona ecclesiae vel capituli propter debita singularis personae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

XXXI.

Ementes bona feudalia, quæ ad ecclesias seu personas ecclesiasticas ecclesiarum nomine de iure directi domini pertinent, ac vendentes, cum ea sine consensu ecclesiarum & personarum huiusmodi alienari nequeant ecclesiarum, indemnitatibus prouidendo, tali volumus pœna mulctari, vt ementes & alienantes laici vel clerici, siue sint religiosi, vel clerici sæculares, qui sine consensu eorum, qui super hoc requirendi sunt, huiusmodi bona feudalia emerint vel alienauerint, ipso facto excommunicationi subiaceant, & bona ipsa ecclesiis, ad quas directum dominium pertinet, applicentur.

XXXII.

Prohibemus insuper, vt nullus propter debitum, vel fideiussoriatum obligationem, singularis personæ alicuius, vel ecclesiæ bona ecclesiastica capiat, quæ ad ecclesiam vel capitulum ipsius ecclesiæ communiter pertinent; & qui contra fecerint, nisi moniti infra quindenam a die notificationis numerandam restituerint ecclesiæ vel capitulo, ad quos pertinent, excommunicationi subiacere volumus ipso facto.

XXXIII.

Nullus de cetero, qui cum aduocatis ecclesiarum guerras habebit, vel inimicitias, bona ecclesiarum, quibus aduocati defensores existunt, prætextu guerræ, quam habet cum eis, subripiat aut ecclesias ipsas, vel villas earum, & loca incendio vel hostilitate deuastet, aut homines earum spoliat bonis eorum. Et qui contra fecerint, ipso fa-